



## ODA I.

**D**um Titan ruribus benignior blanditur,  
Et terra floribus pulcherrimis politur,  
Dum Ver lætissimò superbit tempore,  
Voluptas duplici nos tangit fœnore.  
O audete, qui studetis!  
O gaudete, dum floretis!

### II.

Jucunda cœlitùs Lux denuò refulsit,  
Quæ LUMEN antea ZITTANIS hoc indulfit,  
Per quod Scholasticum sic claret atrium,  
Ut inde FILII clarescant Civium.  
O aveto Lux beata!  
O salveto Lux optata!

### III.

Sed de Natalibus nunc tardi cogitamus,  
Cùm noctis nuncium diluculum spectamus:  
Ast mendis turgidum præstamus Munium  
Quod visum quæritat vitare testium.  
O ignosce si peccamus!  
O nil posce, quò vacamus!

### IV.

Non Votis candidis obscuritas nocebit,  
Si pectus flammulis piïssimis ardebit,  
LUX ipsum NUMEN est: Ocellus NUMINIS  
In corda respicit de sede Luminis.  
O spectato, quod conamur!  
O probato, quod precamur!

Fac